



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 73. Regina ad ineundas nuptias a Senatus Deputatis rogata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

duo extrema superstitionem, atque ^{Sæc. XVI.} idololatriam ex una, ex altera vero ^{A.C. 1559.} parte rerum Sanctarum vilipensionem, ac religionis neglectum ex æquo declinaret, cum hac ratione medium excogitari posset, cujus beneficio tam hujus, quam alterius Religionis Sectatores in uno, eodemque cultu adunari valeant.

§. LXXIII.

Regina ad ineundas nuptias a Senatus Deputatis rogata.

Interea continuabantur Senatus Regii Sessiones, in quarum una die trigesimo Januarii celebrata propositum fuit, decimas, Annatas, nec non decimam reddituum partem ex clientelariis prædiis regio ærario reddendas. Annuit utraque Curia, ringentibus licet Eboracensi Archiepiscopo, ac sex aliis Præsulibus. Postmodum die quarta Februarii utriusque Curiae Patres quemdam Oratorem unacum quadraginta Deputatis ad Reginam ablegabant, ut eidem exponerent, quod omnium subditorum affectum in se quidem rapuisset, cum tamen eam haud a mortis imperio exemptam crederent, ideo perdemisse rogarent, ut sibi Maritum seligeret, ex cujus consortio ipsamet sibi vitæ felicitatem, animique jucunditatem, communemque Nationi prospere

Sæcul. XVI
A.C. 1559.

prosperitatem conciliare, ac post illius obitum superstiti prole copiosa Regno dignum Successorem relinquere valeat. Elisabetha officiosam hanc salutationem perbenigno responso excipiens dextram suam cunctis Deputatis deosculandam præbebat, hæc subjungens verba: „Pergrata mihi fuit vestra circumspectio, „qua mihi nec tempus, nec Perionam „præscribere voluistis: fateor equidem, „quod libertatis, qua hæctenus fruor, „conditio mihi admodum grata, & accepta sit: si tamen vel unquam con- „nubii causa me eadem hac libertate „privabo, talem feligam Maritum, qui „populo meo non minus sit acceptus, „quam utilis: de cetero autem accepto „Regni diademate omnibus meis subditis „desponsata sum, ac cunctos filiorum instar habebō, & quandocunque fatiscedere cogar, summo mihi erit gaudium, si meo tumulo hæc verba inscripta legantur: *Hic jacet Elisabetha Regina, quæ tot annis Regina, & tota ætate sua virgo existit.*

§. LXXIV.

Jura successionis Elisabethæ solemniter in Senatu asserta.

*Cambd. in
annual. vit.
Elif.
Bournet
p. 569.*

Die nona Februarii Proceres ratum habebant edictum, vi cuius Elisabethæ jus ad regnum tanquam validum agno-